

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 5: De aliis rebus Caput 5: De liberalitate (7)

Aristotiles in libro de regimine dominorum, scribens Alexandro ait:

Si vis ergo virtutem acquirere largitatis,  
considera posse tuum, tempora necessitatis et merita hominum.  
Debes ergo largiri dona iuxta posse,  
cum mensura hominibus indigentibus atque dignis.  
Qui ergo dat aliter, peccat et regulam transgreditur largitatis,  
quia qui largitur dona sua non indigentibus,  
nullam acquirit laudem, et quidquid datur indignis, perditur.  
Et qui effundit ultra modum suas divitias,  
veniet cito ad amara littora paupertatis et assimilatur illi,  
qui super se dat victoriam suis inimicis.

Nil honestius magnificentiusque quam pecuniam contempnere,  
si non habes, si habes, ad liberalitatem vel ad ubertatem conferre.

Si vis ergo virtutem adquirere largitatis,  
considera posse tuum, tempora necessitatis et merita hominum.  
Debes ergo largiri dona iuxta posse tuum  
cum mensura hominibus indigentibus atque dignis.  
Qui igitur dat aliter, peccat et regulam transgreditur largitatis,  
quia qui largitur dona sua non indigentibus,  
nullam adquirit laudem et quicquid datur indignis, perditur.  
Et qui fundit ultra modum divitias suas,  
veniet cito ad amara littora paupertatis et assimilatur illi,  
qui super se dat victoriam inimicis.

Pseudo-Aristoteles, *Secretum secretorum*, 4.9-12 (R. Möller ed., p.24).

Quam ob rem et haec vitanda et pecuniae fugienda cupiditas;  
nihil enim est tam angusti animi tamque parvi quam amare divitias,  
nihil honestius magnificentiusque quam pecuniam contemnere,  
si non habeas, si habeas, ad beneficentiam liberalitatemque conferre.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1.68 (M. Winterbottom ed., pp.27-8, ll.30, 1-5).